Sylvie Laigneau-Fontaine (Université de Bourgogne)
Virginie Leroux (EPHE)

Editer un poète de la Renaissance peu connu, enjeux et méthode



BENEDICTI
Theocreni, Epiſco
PI GRASSENSIS, REGIS FRAN
CISCI Liberorum præcepto-
ris Poëmata, quæ iuue-
nis admodum
luſit.

PICTAVII
Ex officina Marneſiorum fratrum, ſub Pelicano.
AN. M. D. XXXVI.

SECTION DES ODES :

Bibliographie :

-*Camenae*, n°20, déc. 2017, sous la dir. de J.-P. De Giorgio et M. Pierre. Notamment les article de J.-P. De Giorgio, « Horace, les emplois du terme *ode* et l'identification générique de la poésie « lyrique » chez Diomède et les *grammatici latini*. Quelques remarques » ; M. Pierre, « Horace, inventeur de l'Ode ? La réinterprétaion horatienne du *mèlos* grec et ses enjeux poétiques » et N. Dauvois, « Ode dans quelques commentaires des *Carmina* d'Horace et quelques poétiques de la Renaissance. Le mot et la chose ».

-Portail « Renaissances d'Horace » : http://www.univ-paris3.fr/horace.

-Jules-César Scaliger, *Poetices libri septem* (1561).

-Horace, *Epître aux Pisons* (*Art poétique*), v. 83-85 :

Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum
et pugilem uictorem et equom certamine primum
et iuuenum curas et libera uina referre.

-Du Bellay, *La Deffence et illustration de la langue française*, II, 4, éd. J.-C. Monferran, Genève, Droz, 2000, p. 133 :

« Les louanges des Dieux et des Hommes vertueux, le discours fatal des choses mondaines, la solicitude des jeunes hommes, comme l'amour, les vins libres et toute bonne chère »
« Chante moy ces Odes, incognues encor' de la Muse Françoyse, d'un Luc bien accordé au son de la Lyre Grecque, et Romaine, et qu'il n'y ait vers, ou n'apparaisse quelque vestige de rare et antique érudition ».

-Th. Schmitz, « L'ode latine pendant la Renaissance française. Un catalogue des odes publiées au seizième siècle », *Humanistica Lovaniensia*, 43, 1994, p. 173-219 :

-Nicolas Hory, 1507, *Poemata nova*
-Guillaume de La Mare, 1513, *Sylvarum libri* quattuor.
-Hugues d'Ambert, 1516, *Celebratissimam Francisci mangni Valesii in Helvetios victoriam, cantatissima Carolu octavi et Lodovici duodecimi prelia*.
-Jean Salmon Macrin, 1528, *Carminum libellus*.
-Olivier Conrad, 1530, *Odae aliquot*.
-Jean Salmon Macrin, 1530, *Carminum libri quattuor*.
-Jean Salmon Macrin, 1531, *Lyricorum libri duo*.

-Jean-Louis Charlet, *Métrique latine humaniste. Des pré-humanistes padouans et de Pétrarque au XVI*[e] *siècle*, Genève, Droz, 2020, p. 180.

Les odes de Théocrène :

-Ode 1 : *Ad federicum Fregosium*, 28 vers, strophes alcaïques .
-Ode 2 : *De morbo Octauii Fregosii*, 52 vers, distiques horatiens (un glyconique et un asclépiade mineur).
-Ode 3 : *De Elisa Feltria*, 64 vers, en strophes saphiques.
-Ode 4 : *Ad Paulam*, 38 vers, distiques horatiens.
-Ode 5 : *Ad Octavium Fregosium Ducem Genuae*, 34 vers, distiques horatiens.
-Ode 6 : pas de titre
-Ode 7 : *Ad Salmonium Macrinum*, 24 vers, strophes saphiques.
-Ode 8 : *Ad Axiolum*, 28 vers, strophes alcaïques.
-Ode 9 : *Ad Claudium et Franciscum Florimundi Roberteti filios*, 18 vers, hendécasyllabes phaléciens.

<u>Ode 1, strophes 1-7</u> :

Benedicti Theocre

NI EPISCOPI GRASSEN-
SIS Lyrica, ad Federicum
Fregoſium.

Ergo reuiſes mœnia Romulo
Fundata! Tybris qua pater extulit
Olim verendum nomen oris
Heſperiis paritérque eoïs,

Nec te tuorum cura morabitur?
Nec detinebit publicus hic dolor
Totius vrbis? quæ duorum
Conſiliis animíſque fratrum

Famam duobus terminat axibus:
Ergo tenax dum propoſitum foues
(Diſcamus vt ſaltem dolere)
Nil ſpatii Federice linques!

Vides, vt acri triſtitia ſtupet
Quiſquis iacentes Herculis à domo
Terras, ad extremos receſſus
Accolit, & monimenta Lunæ.

Quos inter alti vix ſtimulos premunt
Luctus poëtæ, cara tibi cohors,
His numen his præſens ſolebas
Præſidium, & decus aduocari.

Hi ſemper abs te comiter accipi,
Suetíque tecum Pieridum integros
Adire fontes, atque opacum
Sæpe nemus penetrare Cyrrhæ.

<u>Ode 2, v. 1-22</u> :

Ode dicolos diſtrophos,
De morbo Octauii Fregoſii.
Phœbe artis

Phœbe artis medicæ parens,
Quem vis nulla fugit graminis efficax
Morbis corpora ſoluere,
Dilectam Pataron, nunc vbi Deliæ
Hybernas oleæ immemor,

(Quanquam non alibi gratius horridum
Annum fallere crederis)
Quin linquis? Genuam quin celer aduolas?
Longa, quæſo, quid in mora es?
Nunquam te potior cauſa vocauerit.
Quot ſint quot fuerint Ducum
Ille, ille optimus & maximus omnium
Morbo Octauius angitur,
Qui cœca articulos cum ſubiit via,
Hic vero penitus ſuam
Iam victor rabiem incredibili modo
Exercet miſeris ciens
Infandos gemitus, nec patientia
Par tantis cruciatibus
In terris hodie cernitur vllius
Præterquam ducis inclyti.

Ode 4, v. 1-19 :

Ad Paulam. Ode dic. diſtro.

Nodis Paula adamantinis
Conſtrictum iuuenem quæ male maceras,
Formæ munere quæ facis
Vt promiſsa mihi ſoluere negligat,
Noſtri haud immemor antea
Nec parcus fidei cultor, & omnium
Virtutum vnicus arbiter.
Tun' ſuſpiria, tun' ferre potes diu
Queſtus, quos iubare aureo,
Quos ſero repetit veſpere Lazarus?
Curis ſaucius improbis
Alterno lachrymans nil pede te mouet?
Nil teſtudine Lesbia
Qua curſim rapidi ſiſtere fluminis,
Qua poſsit mare concitum
Mulcere Iſmario non minor Orpheo?
Ergo ferrea ter quater
Raræ ſæuitiæ nil metuis notam,
Quam nulla elueret dies?

<u>SECTION DES ÉLÉGIES</u> :

<u>Bibliographie</u> :

-Virginie Leroux et Émilie Séris (dir.), *Théories poétiques néo-latines*, Genève, Droz, 2019.

-Andrée Thill, *L'élégie romaine. Thèmes, enracinement, diffusion*, Paris, Ophrys, 1981.

-Horace, *Epître aux Pisons* (*Art poétique*), v. 75-76 :

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est uoti sententia compos.

-René Martin *Les Genres littéraires à Rome*, Paris, Scodel, 1981 : « brusque mouvement de spécialisation de l'élégie ».

-Dominique Maingueneau, *Le contexte de l'œuvre littéraire. Enonciation, écrivain société*, Paris, Dunod, 1993 et *Le discours littéraire. Paratopie et scène d'énonciation*, Paris, A. Colin, 2004 : « "Validé" ne veut pas dire valorisé, mais déjà installé dans l'univers de savoir et de valeur du public ».

-Francesco Robortello, *F. Robortelli Paraphrasis in librum Horatii qui uulgo De Arte poetica ad Pisones inscribitur. Eiusdem explicationes de satyra, de epigrammate, de comoedia, de salibus,* ***de elegia,*** *quae omnia addita ab authore fuerunt, ut nihil quod ad poeticam spectaret desiderari posset,* Florence, Lorenzo torrentini, 1548.

-Antonio Minturno, *De Poeta*, Venise, Rampazzetto, 1559.

-Josse Bade, *Q. Horatii Flacci De arte poetica opusculum aureum ab Jodoco Badio familiariter expositum*, Paris, J. Bade, 1500.

-Jacobus Pontanus (Spanmüller), *Poeticarum institutionum libri III*, Ingolstadt, D. Sartorius, 1594.

-Marc-Antoine Muret, *Catullus et in eum commentarium M. Antonii Mureti*, Venis, P. Manuce, 1554 (rééd. 1558 avec Tibulle et Properce)

-Joachim Vadian (Vadianus, von Watt), *De poetica et carminis ratione*, Vienne, J. Singriener, 1518.

<u>Les *Élégies* de Théocrène</u> :

-élégie 1 : *De Venere et Baccho*, 60 vers
-élégie 2 : *De puero Timaei aegrotante, ad Phoebum*, 90 vers
-élégie 3 : *De Decii Ausoni poetae Galli laudibus. Ad urbem Burdegalam Apostrophe*, 88 vers
-élégie 4 : *In Nauigium quo FANCISCI Regis duo filii prope submersi sunt*, 40 vers
-élégie 5 : *Iacobi Colini, ad Fredericum Fregosium. Musa loquitur*, 34 vers.

Élégie 1 : Sur Vénus et Bacchus, v.1-16 :

Benedicti Theocre

NI GRASSENSIS EPISCOPI,
Aliquot Elegiæ.

De Venere & Baccho.

Forte Venus blandos quærebat nuda receſſus,
  Dum cupit optata ſola quiete frui.
Ne ſemper cudi aut tractarier arma videret
  Hæc ab amatoris, coniugis illa manu:
Implicitus teneræ matri uix filius vnus
  Exoſæ comites ſe comitem addiderat.
Haud multum progreſſa viæ cum Phœbus habenas
  Mitior Heſperium torquet ad Oceanum:
Incidit in Bacchum, ſtudio qui captus eodem
  Apta quieturo iam loca nactus erat.
Sed neque eum iuſſu domini ſua turba ſecuta,
  Sileno errabat non bene certa duce.
Cum tamen ipſe iugum dempſiſset tigribus, vnam
  Duceret vt ſecum non renuiſſe ferunt.
Obſtupuit Bacchi occurſu conterrita primum
  Cypris, & inſumptum iam relegebat iter.

v. 51-60 :

Reſpectat tamen aufugiens, riſuque procaci
  Quæ modo vidiſſet numen vtrunque monet.
Irrubuit Citheræa minus, non immemor olim
  Coniugis inſidus qualia paſſa ſui.
Cum toti ſpectata fuit turpiſſima cælo,
  Inter amatoris brachia fuſa Dei.
Ille iter accelerat, tanta eſt dementia, viſi
  Conſcia facturus ſaxa vel ipſa probri.
Inuida ſubdebat ſtimulos Rhamnuſia fandi
  Cernuntur grauibus cui bona cuncta oculis,

Élégie 3 : Louanges du poète gaulois Ausone. Adresse à la ville de Bordeaux, v. 1-18 :

De Decii Auſonii poëtæ Galli laudibus.
Ad urbem Burdegalam Apoſtrophe.

O ſalue Auſonii mater Graïique poëtæ,
  Mirum, cum nec ſis Graia nec Auſonia.
Te tamen Auſoniis & Graiis vrbibus æquat
  Filius eloquio tantus utroque tuus.

Hicne ſalutauit primum dum naſcitur, aſtra?
Hicne meus primum vagiit Auſonius?
Auſonius cui mox orienti laurea cinxit
Frons caput, Aonidum quæ fuit ambitio.
Muſarum fuit ambitio nempe illa, coronam
Feſtinis manibus huic properare nouam
Quem Roma ornaret, quem mirarentur Athenæ
Cuius & arderet Cæſar ab ore cani.
Permeſſum & Thybrim viſiſſe fluenta Garumnæ
E tam longinqua quis regione putet?
Viſerunt tamen, & ſeſe miſcere parabant
Vno curſuris flumine ſemper aquis.
Ni vetet hic, cuius ſtudio permotus vterque
Mutare antiquum conſtituere ſolum.